



ACCADEMIA NAZIONALE VIRGILIANA
DI SCIENZE LETTERE E ARTI

ARCHIVIO STORICO DELLA VECCHIA ACCADEMIA

Parte II

DISSERTAZIONI ACCADEMICHE

IGIENE E CHIRURGIA

Busta 54/36

Aloysij Oratto
Physici Chirurghi

Narratio.

M. A. S.

Ad Regiam Clavem medico-chirurgicam.

Die 27. Maj 1799.

H.

Adsum, Socii Humanissimi, et adsum
promissor non solum, sed fidei servas-
tor, ut referam de misero demerito ^{idcirco}
aquis quarto idus scilicet anni super-
rioris, quem ego felici sane, auspicio
toque fato mea pro imbecillitate jam
moriturum, ad vitam revocari. finis
ad quem respicit mea haec narra-
tionacula, ille est primum, ut operatio:
nes, et media, quibus sum usus ad inter-
tum, vobis aperiam, usus jam etiam
egregia illa machina ad insufflatio-
nes comparata, quae a vobis ipsis, ac-
tore sapientissimo, et bonarum cotum
Patrono Praeide nostro, vestra cum
gloria reformata est, atque correctas
Haec loquor idcirco, ut aliquod ma-
neat in actis nostrae Coloniae facti

monumentum, ad delendas potissimum
turpes notas Mantuanis Chirurgis in
ty a quibusdam, qui ~~imperitos~~ ^{imperitos} eos dicti-
tant artis revocandi ad vitam demersos
aquis, praesertim propter memorabilem
illum eventum, quem novimus, tot
demersorum utriusque sexus in non-
dinis Gratiarum, ut dicimus, quorum
nullus ope Chirurgica (nescio quo fato)
ad vitam est revocatus. Hinc tot So-
puli, et malevolorum hominum cla-
mores adversus nos, qui ad Caesareum
solum etiam pervenerunt cum
effectu nobis in gloria, ut Chirurgiae
artis Professor scripta ad nos deman-
davit typis nostris evulganda de arte,
ut erat titulus, demersos aquis vivi-
ficandi: ac si non existeret iam

Mantuae excusa typis praedara in-
structio in hanc rem ab Illustrioribus
Medicis, et Chirurgis hujus Coloniae
elucubrata, cum Academiae esset
Praeses felicissime sane memoriae
Comes Carolus Colloredo. Sane Man-
tua (liceat mihi Patriae amori
indulgere his verbis) Mantua non
eget amplius nulla ex parte ex-
teris Doctoribus sive Medicis, sive Chi-
rurgis, qui nos instruant. Habemus
utraque ex classe et Theoricos, et
Practicos praedclarissimos viros ea
in copia, ut futurae aetates jure
cogantur vocare hanc epocham dies
felicis Mantuae, et Medicinae et
Chirurgiae. Quid si cives interdum
ad externos Professores confugiunt,

id unice evenit propter illam separationem
desideriam, ut loquar cum Botolo, vel pro-
pter illas quae ab hac prodeunt, nempe
invidiam, vel inanem tumidamque glo-
riam, vel effectus is est illius praesentis
piae excellentiae, quam jactant Me-
dici quidam Chirurgiae ~~ignavia~~ supra
Chirurgo, qua propter difficultatem cum Chi-
rurgis congregantur. Dixi praesumptae excel-
lentiae: patet enim inter has duas realiter
identicas Professiones, aut potius Professionis
ejusdem, nullum adesse jus excellentiae, ut
mihi agebat Illustrissimus Praeceptor Antonius
Scarpa, nisi illud, quod a personali merito pro-
fluit, et Professorem reddit in societate magis
honore dignum, quia ipsam onerat, et adiuvat.
Imo si dignitas artium, et doctrinarum a quali-
tate est dimittenda, et certitudine adjuventium,
quae afferunt;

quae afferunt; forte aut Chirurgica aliquid habe-
ret incrementi: Hujus enim effectus sunt manifesti,
cum Medicinae effectus coniecturales plerumque sint,
et possint aliunde discedere, quam a pericia Me-
dici. Verum hanc omittemus fortasse importunam
digressionem satisque sit nobis concludere Medici-
nam, et Chirurgiam duas esse sorores, quarum
humanitas mater est, et utraque eandem habet
causam, tenduntque ad finem eundem, nempe ad
conservationem sanitatis, et morborum remo-
tionem: altera harum sibi apernit externa
mala, easque operationes, quae necessariae sunt
in casibus prope infinitis, qui nobis quotidie
accidunt: altera internas morbos curat, et remedia
sibi comparat ad ea removenda. (Cum autem
ditur necessaria unanimi inter conservatione morbo
(clamet hic recentissimus Auditor)
rum, horret animus ad tantas disputationes
discordias inter Chirurgo, et Medicos, qui non

caput esse deberent, et anima una, iidem
instructi affectibus, iidem studiis ad aegrotum
hominum levamentum. Verum mittamus
haec, et narrationem propositam aggrediamur.



Die Augusti decima transacti anni duo equos
ad aquas Portus Cattenae, ut dicimus refrige-
randos, et abstergendos ducit milles qui-
dam Allemanus, cui nomen Iovannes
Saitler florenti aetate, bono corporis hu-
bitu, temperamento sanguineo bilioso,
alteri equorum absque ephippio ipse con-
siders. Verum aquas ingrediens cum
equis, nimium prodocit iter eo deveniens,
ubi caeno equi devincti in aquis haere-
rent submersi. Depressus ille cum equo,
cui insidebat ad guttur usque, omnia ten-

tavit ad

tentavit ad evitandum periculum.
Frustra: nam dejectus in aquas pro-
cubuit medius inter utrumque equum
perque horae dimidium ibi delitavit,
nec spectatores interim illum conspi-
cere potuerunt. Nisi quod innatans
deinde aquis apparuit delatus aquas
non impetu, evanesens deinde iterum
intra aquas sepultus. Ad casum cuncti-
verunt cymbarum vectores parum
distantes, et ducto phasello, remis hac
illac errantibus, miserum Saitler non
exquirari curarunt. Feli sane e-
ventu, quoniam non valde pro-
cul a loco submersionis submersum
invenerunt, sed exanimem omnino,
jam frigidum more defuncti, livido
vultu, ventre tumido, ore, et naribus
informibus

informibus squama tincta sanguine, et
manuum digitis contractis, et caena com:
maculatis.

Hora itaque sexta matutina cum dimi:

dio eo in statu misero sane, et lacrima:
bili hominem vidi, ego phasello de:
positum suis adhuc cum vestibis aquam
stillantibus jacentem, et in faciem pro:
num juxta detestabilem morem vulgi.

Statim ad ripam fluminis jussi ego
illum deferri super junceum stratum,
et solis radiis tum sane calenti:
bus, quoniam nec domum habui
in proutu, nec calidum lectum, nec
opportunum recessum, exoni. Il:
lico illum excui, quam citissime
madidis vestibis, abstergens mem:
bra diligentissime, et stragulis la:

laneis, quae milites detulerunt, involvitur.

Ut autem diligenter agerem ad scuu:
tendum hominem, ut videbatur jam
mortuum, eumque ad sensum, ad motum,
ad vitam revocandum, vellere caepi,
et agitare irritabiles partes, et ut (cum
Brunone loquar) incitabilitatem
suscitare, et in motu ponere, adage:
riens jam ei vi magna dentium clau:
strum sane obfirmatum, jam spumam
ex ore detergens, jam habitum illi
inspirans per os fistula apta, clausis
interim naribus, clausis et labris. Quo
interim, ut ego juseram etc circum:
stantibus illis perfricabant articulos,
et calida stragula ad cordis regionem
applicabant, hominem nunc in unum
latus convertebat, nunc in alterum.

Post haec nares illius excitare ego
cepi volatili spiritu salis ammoniaci, et
calami, in quem casu incidi, levibus plu-
mis. Horae dimidium efflucit,
quin certum vitae signum appa-
ret. Quare machinam fumica-
toriam comprehendens dysterio-
rem tentavi, sumo Nycosifoli-
lii comparatum, per gentibus in-
terim aliiis percutiendo solem pe-
dum, et sale confricando, et calidis
pannis apto intervallo irritando
nunc dorsum, nunc lumbos, nunc
caput. At perseveraverit ad-
huc obstinata asphixia. Qua

de re

Qua de re iterum volatili spiritu naves mi-
tentavi, nec non renovato dysterio eegorie
stimulantium, ut intestina dilatarentur, et
in motu magis poneretur diaphragma: tunc
vero exiguis motus observari coepit ad
di regionem, et in praecipuis arteriis: hinc
lividior vultus, et turgida frontis, aertem
porum vasa, et colli ipsius. Nec moras: vix
viam temporalem statim tentavi ad libera-
ndum a oppressione cerebrum non omissis
identidem percutionibus, perfucationibus, in-
sufflationibus per vestram machinam ab hac
Illustri Colonia reformatam. In quo caute
procedere studui, ne nimium aeris in trade-
am immitterem, unde nimio cum impetu
latarentur pulmones. obituli enim illorum
opinionem ego facio, qui insufflationes ve-
ficiunt putantes per ipsam obituli epiglottidem

petri quam

7

potius quam aev immitatur in tracheam,
et in pulmones immiti in esophagum, et ita
ventriculum dilatare, et tubum intestina-
lem. Verum ego observationibus innixus, quae
contrarium mihi ipse ostenderunt, cum aliter
remersum aquis cum patruo vivificari, et
innixus auctoritati Immortalis Jusot opposi-
tum mihi persuadeo, nec unquam ab in-
flammationibus abstinere, donec aliud mihi ex-
perientia persuadeat.

His resolutis summa deoeritate asphiscum
transferri jussi in vicinam cauponam, et
in calido lecto repositum, iterum tempore
sem arteriam tentavi per alteram sangui-
nis emissionem. Instati adhuc haec inter,
ut perfricationibus homo velicaretur, cum
adaperit paulatim oculos, et videre, et in-
telligere coepit, sed valde confuso. Tunc

illum magis

illum magis excutere aggressus, nunc
vinum gutatim ei propinaxi, nunc mix-
turam aquae cerasorum nigrorum, et
liquoris Hoffmani anodini paratam.
Verum cum difficilis adhuc esset misero
halitus ad sanguinis tertiam emissio-
nem confugi ex vena brachiali. Post
horam iisdem semper continuantibus
artibus auxiliis, revocit ita, ut juscule
refici potuerit, apparente statim uni-
versali quodam in cunctis membris
madore cum convulsivis motibus in
extremitatibus, quos secutus est placi-
dus somnus. Per somnum autem finita
est causa, recuperavit is enim gaudi-
um liberum animalium, vitalium,
naturalium functionum exercitium.
Quinque horis itaque Chirurgicae artis

quere,

opere, quantumvis integra hora cum qua:
drante absque artis auxilio fuisset dere:
lictus, convaluit ad vitam reversus, quem
disci, Johannes Saller. Vivit ipse, et suae
ut ita dicam metamorphoseos testis esse
potest indubius.

En itaque A. Humanissimi operationes, quae
patienter, et generose etiam, si ita licet
mihi loqui, peracte vitae restituerent,
et societati hominem alius fortasse peri:
clitatem pro comuni salute. En simul
exemplum loquax de statu medio in:
ter vitam, et mortem hominis. Si ni:
mirum est status, in quo vita existere
potest sensibus indiscernibilis, sed revera
superstes, licet sub apparentis mortis
omnino completae sopita. Quomodo
ex una parte status ejusmodi durationem

nos ignoramus

nos ignoramus, cum magis, et minus ducere
possit iuxta variam mensuram vitalis usque
aetatis, sexus, et aliorum hujusmodi; et
alia parte nullum habemus certum si:
gnum exterius, hanc vim non posse amplius
excitari, nec agere amplius in organa, unde
irreparabilis fore sit restitutio vitae ad
suae functiones; ita animos debemus nos
sumere ad operationes istius generis, nec dere:
liquere unquam, qui in miseram hunc sta:
tum incidit, licet plures effluerint hor:
rae a submersione. Non ego hic sustinebo
veracitatem historicorum pliniam, qui
aphisicis narrat ad intervallum pliniam
dierum productas, quamvis auctores ini:
quidum sint clarissimi viri, atque docti:
simi. Sicam tamen argumentum hinc
nobis confici ad elaborandum libenter,

atque

atque constanter in subveniend^o cuiusm^o
que simili nostro in casu quocumque sub
mersionis, quoties nullam corruptionis si
gnum appareat. Addeam vero omnia mor
tis signa ordinaria incerta esse praeter pu
trefactionem, quae tamen nec ipsa signum
est semper perfectae mortis. Tale non est
exempli gratia cum putrefactio parti
lis sit, non totalis, licet interdum do
sentiat^{ur} cadavericus. Quare ut ab acci
dio prestando demersis aqua abstinemus,
putrefactio manifestari debet. Quae verae
putredinis, intumescencia cadaveris, maculis
ad cutem, et peculiari tumore ventris, quid
quid cum vulgo imperito alii docuerint.
Nec pluribus vos detinebo. S. Ornatissimi
abusus fortasse patientia vestra.

